

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VII. Septimus resistendi modus, Tentationum illecebras Vitare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Quis dica
meridiano liberat. Meridianus dæmon est, qui mollissi-
mo accessu subdubitatem affimat ad frontem perfri-
candam: Quid hæc, aut quid metuis? viâ rectâ graderis,
nec malis rationibus niteris; audacter persege. Non est,
quod formides; feliciter succedent omnia. En meridia-
num ex orco Angelum. Sunt fures holocerici splendide
vestiti, quos nihil minus esse suspicere, quām exercitato-
res ē Mercurii familiâ dictarios, donec crumenā se cōta
deprehendatur in manu furtivâ. His personatis furibus
simillimus dæmon; Angeli splendorē induit, familia-
rissime accedit, omnem mentitū humanitatem, suadet,
ratiocinatur, docet, instruit, ut quām occultissimē
decipiat. Cava, hunc sūfōrem, fuge palliatum hunc
philosophum, diæfarius est, fur est. Fur autem iste non
venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Hic primum &
optimum est scipium identidem commonere: Attende
tibi; istud est tentatio, & hæc ejus origo.

*Ioan. c. 10.
v. 10.*

Bern. tom. I.
festi die
Sanctorum
omnium,
serm. I. mibi
pag. 370.

Bernardus primū omnium tentationem oculis sub-
jiciens: Quid putamus, inquit, quām plurimi usque hodie
factum illud graviter dijudicant, & tamen insipienter imitan-
tūr. Indignantur adversus Adam, quod obediens rōci uxoris
sue plus quam Dei: & ipsi quotidiē Evan, suam carnem vide-
licet, audient plus quam Deum. Fratres, si modò presentem vi-
deremus Adam in eo articulo possumus: ascenditibus cogitationi-
bus in cor ejus, coarctari inter precem uxoris, & praeceptum
Creatoris: nōne clamaremus adversus illum, dicentes: Cave
tibi miser: vide ne feceris, seducta est mulier, non acquiescas ei.
Ut quid ergo, quoties apprehendit nos tentatio similis, non per-
suademus similiter nobis ipsi?

Quando igitur vel leuiorū noxæ species, & vel sola
peccati umbra se prodit, quisque sibi ipse dicat: Echo
pharmacopola venit cum inauratis catapotiis; fur holocerius,
dæmon meridianus inserpit ad tentandum;
Attende, ac tentationis originem explora. Labori ne
pare; modo omnibus resiste. Virtus vera nunquam
est otiosa.

CAP V T VII.

Septimus resistendi modus,

TENTATIONVM ILLECEBRAS VITARE.

Triplex
Diaboli
tentatio:
1. Sui no-
minis &
formæ de-
fensio.
Eclie. c. 14.
v. 5.

2. Sui no-
minis &
famæ in-
curia.

Iobus Absalonem in queru harentem conto tripli-
ci confudit; diabolus plurimos robusta sed teatā tripli-
ci tentatione adoritur. Prima est sui nominis & fa-
mæ defensio. Qui sibi nequam est, ait tentator, cui ali bo-
nuerit; Qui suam ipse famam neglit, in seipsum ty-
rannus est. Hæc tamen nominis sui tentatio, nō moder-
ata sit & prudens, in mala non levia impellit. Hinc
enim ira, fastus, impatientia, animique nascitur pertur-
batio. Hinc remedia queruntur ad tuendam famam
non legitimam, nimis acerba. Hinc simulatè multa fuit
& fiet, modo mereamur os populi, & apud omnes
bene audiamus. Hinc omnia diorum dicta & judicia
sæpe non ex vano hansta creduntur temeraria: Quis
enim omnibus satisfaciat, ajunt, vita rationes expone-
re parati sumus, famamque nostram & ore & manu pro-
pugnare.

Altera priori est opposita. Sunt enim qui nihil peni-
tus current, quidquid de se dicatur. Offensioni sunt, nec
ad eò pudicè ac sanctè vivunt. Hinc sermones non opti-
mi. Illi tamen inaniter sermones solantes: Sinamus, ajunt,
homines loqui, cum anseres id nesciant. Rudissima ple-
bis proprium est, alios obtestare. Quid enim hos malevolorum sermunculos moremur? Hoc nobis utile,
hoc commodum, hoc volupe est; jam alii dicant, quod
volunt. En & illi & isti ad extrema vergunt, illi nimium,
hi nihil curant, nimium medio gradū difficile. Quivis
igitur suas actiones probè inspicat. Si male sint, tantò
magis culpandas, quanto magis publicas. Si bona sint,
considerandum an alter loquentes, ex ignorantia, sum-

A plicitate, nequitiā id faciant, quod in aliis vix unquam
fatis emendabitur.

Terrium Tentamentum est prædestinatio, seu, divi-
na ad æternam vitam electio. Hac tentatione non facilè defensio
intricatur, quisquis rationes suas bene composerit cum feo, divi-
Deo, sic enim de se sentit: Ego vasculum è luto sum; quid
quid meo signo placuerit, quidquid ipse de me statuerit, id mihi placebit, sive alto me locare, aut humili affi-
gere me voluerit; in ipsis manu sum testa famia. Et
quando haec tenus tam copiosis tamque eximiis à Deo
beneficiis ornatus sum, non possum nisi optima que-
decipiat ab illo expectare: operi manuum suarum porrigeget de-
teram. Scio, quod Deus immensa miserationis pater
eos omnes, qui serio suam ad ipsius voluntatem con-
formare, itaque ad ipsius arbitrium & vivere & mori
cupiunt, non velit, non possit æternæ morti addicere:
Atqui ego unicè hoc cupio meam omnem divinae
voluntati subiungere. Intellexisti, diabole, hunc syllogis-
mum? nunc porrò gradum refer, & cum tuis sycophantis
discede. Prædestinationis arcanum ego non scrutor.
Quid, oto, satanas adversus hunc talem potest? Præ-
sertim si accedit, quod jam explicatur sumus; Tentatio-
num illecebras vita. Qui septimus resistendi modus est,
de quo aunc plura.

S. I.

P Arietes ligneos horris sepiendis, parietes lateritios cebati-
domibus claudendis, sepius & ubique videre licet;
parietes ferreos & chalybaeos thesauro custodiendo
foris nunquam vidimus: de hoc tamen Venusinus
canit:

Hic murus aheneus es.
Nic confice sil, nullà palefcere culpè;
Ter si resurgat murus aheneus.

Verè triplex, aheneus, adamantinus est murus adver-
sus tentationes, & omnia corum irritamenta, Nunquam
otari. Boni conscientia sanè robustissima, non tamen
à tentationibus secura est; at verò semper esse occupa-
tum, à laboribus honestis nunquam ferari, triplex, ahe-
neus, ter refurgens murus est. Priscorum Parum nota
est pariam. Occupatus ab uno diabolo, otiosus à mille
velicitur, trahitur, tentatur. Qui non laborat, sine mu-
ro est, diabolorum ludibriis expositus.

Putem ego, si Antistes, si Decanus, si Rector, si Guar-
dianus in suo quiske cenobio aut collegio rem bene
geri velit, hoc modis omnibus agendum illis, ut sui om-
nes semper sint occupati, nec unquam vel horula parte
orientur. Si istud impetraverint, in ceteris omnibus re-
ligiosa disciplina non ægrè sancietur. Ubi serie & cesa-
tio, ubi decidia & iners otium, ibi claudicant illa omnia,
labor disciplina, languent studia, silentium exultat, per-
strepunt colloquia, vigent symposia, somnis imperat,
diabolus triumphat: ferè nusquam res bene geritur,
cum nihil agitur. Sanctus Ignatius Lojola legem qua-
dragesimam quartam hanc scripsit: Omnes quādū cor
pore bene valent, in spiritualibus vel exterioribz rebus ha-
beant, in quo occupentur; ne otium malorum omnium origi-
no quod ejus fieri posit, domi nostræ locum habeat. Quemad-
modum homo contagiosus pele infectus, ulceribus,
chironis ac pestiferis plenus, in nullum domus angu-
lum admittitur, ne lues propagetur; ita otium petitis Optimis
ipissima, contagio fœdissima, nullo ædium hypocrita petti fa-
sto, non conclavi, nullo cubiculo, non linâ, non fabu-
lo, non ambulacro ullo recipiatur; nihil loci reperiatur, recipi-
ex omnibus undique angulis eliminatur & proscriptum
sit; nusquam unquam totâ domo inveniatur illus, qui
sibi permisum putet ex toto ferari. A primo die exor-
dio ad usque postrem clausulum labor continuus quarâ
omnes occupet. Sed nunquid semeliterumque de die li-
tacu, nœctu, nam,
penitus fit otiosa, suas & illa tam loquendi quam agen-
di leges

di leges habeat. Otium, origo, seminarium, lerna maiorum omnium. Otium vita, & multa simul jugulasti.

Sed quid ego de Antifitibus, Decanis, Guardianis,
Rectoribus hic dicam? Deus ipse summè sollicitus est,
& pane hoc unum fatigat, ut nos amantes oti morta-
les variis laboribus distinet, ne certatum defluamus ad
vitam. Hinc multa millia hominum egestate premit, ut
ad labores adigit. Vis esse? labora. Quod si tot egredi-
um millibus in parato esset vixsus & vestitus, laborem
& opus fugerent, libidines selectarentur. Ideo & diviti-
bus ac opulentis suis Deus ingerit labores. Variæ illos
exercent lites, non raro turbulenta farciant negotia, ra-
tiones rei familiaris & sumptuum inspicienda, & otio-
sum, nummi vacui exercendi, pecunia fenori locanda,
ville suburbane & prædia lustranda, domestici guber-
nandi, liberi operose curandi. Qui tamen labores isti
opulentiorum saepe non sunt catenati, nec enim in pi-
stino assidue molunt, ideo has ipsas à labore cessatio-
nes & inducias diversis Deus occupat æruminis. At pau-
peres, quia ferè semper in opere sunt, plerunque tam
per molestis miseriis non urguntur. Malum eorum ma-
ximum pauperas, quam illi tamen ut rem necessariam
jamque insuper assuerant non adeò acerbè sentiunt, ut
divites ad egestatem devoluti. Ita Deus omnia moli-
tur, ut palam & ligonem manibus nostris infestrat, nos-
que adgit ad fodiendum. Velimus, nolimus, fodien-
dum est. Ad laborem nascimur, perinde ut avis ad vo-
latur. In sudore vultus nostri vescimur pane nostro,
nec enim aliter possumus. Quisquis oblitus, & illud
pigi curatoris excusat: Fodere non valeo. Perinde lo-
quitur, ac si dicat: Vincere non valeo. Nam observe-
mus sedulè, an non plerunque verum sit: Ideo tenta-
tus, quia non occupatus. Mille diaboli otiosum velli-
cant, trahunt, exagitant, & ad prava stimulant; laborio-
sum unicus, & velut jam exarmatus. Hinc cum Hiero-
nymo præcipiebant prisci. Nunquam non occupatum
diabolus te inveniat.

Ita Dei, licet sic loqui, primaria est cura, nos ad opusducere, & semper tenere occupatos. Ubi sedulus quis est magnæque opera, ac laborem perpetuat, ibi Deus quasi sine cura est.

§. I I.

D egebatur in sacro Parthenone Euphrasia * maximæ
sed occultæ sanctitatis Virgo. Hanc diabolus, quia
omnium erat demississima, extremè oderat, & modis
omnibus, quibus licuit, dies noctesque infestabat. Die
quadam Euphrasia, dum hauritur aquam, præcepis in
puteum delapsa est, sed casu innoxio; nam fune fistula
prehenso suspectias in clamavit. Ad clamantis vocem
accurrerunt ceteræ, & extraxerunt oculum vi dejectam.
Illa vero jam extra puteum familiariter subridens: Vi-
vit Christus meus, ait, quia non me vices diabolo, ne
que cedo tibi. Hacenus unam tantummodo hydram
culina detuli: verum ex isto die laborem duplicabo, &
potius deferam duas. Quod dixit, fecit. Oleum &
operam perdit diabolus ubi labor non tantum non
minuitur, sed augetur. Labores multi tentationes pauci-
ca. Beatus, quem ipse labor, velut importunus creditor
locis omnibus compellat: Heus tu, quando absolves
pensum: Nomina exacturus adsum. His pro se quisque
dixerit: Non cedo tibi, diabole; non vince me. Si ha-
cenus labori horam unam impendi, imposterum im-
pendam duas. Ita faciam; ita me superi juvent. Sicut au-
tem orium, ita omnes tentacionum illecebra sunt fu-
gienda. Quemadmodum vero vitorum, sic & illece-
brarum ad illa discrimen est. Sant viria, quia amarorum
& nauseam propinant, hac confitit supererant. Sant
alia, quæ voluptatem, & nescio, quid mellis arcae fac-
chari lambendum oggerunt, hec fugæ sunt vincenda;
procul abesse, optimum hic remedium.

A Carthaginem bellicus Imperator Hannibal, vir magni animi, singularis solerteria, manu & confilio fortis ac bellicos Romanos vites non una fregit victoria. Fuit cum Roma tota tremerer, tanquam ad portas jam est Hannibal. * Sed demum dux iste bellicissimus miserè scipium exarmavit & perdidit. Quod Annæus ingemiseens: Vna, inquit, Hannibalem tiberna solverunt, & indomitus illum invibus atque alpibus virum enervarunt fomenta Campania. Armis vicit, ut & vicit est. Nobis quoque Romanorum militandum est. & quidem genera militare, quo nunquam quiescunt, nungquam otium datur. Debellanda sunt imprimis voluptates, que, ut vides, seva quoque ad se ingenia rapacrant. Si quis sibi proponuerit, quantum operis aggressus sit, scit nihil delicata, nihil molliter esse faciendum. Id agere debemus, ut irritamenta vitorum quam longissime profugiamus. Indurandus est animus, & a blandimentis voluptatum quam longissime abstrahendus.

Hebreus psaltes canit: Rex virtutum dilecti, dilecti. Psal. 67. Chaldaeus interpres cum Hieronymo: Reges exercituum, Reges exercituum, qui legendum censeantur. Reges exercituum fugerunt, fugerunt, hoc est, robustissimi & ab omni virtute instruictissimi, valde fugerunt vel minimas tentationum illecebras. Rex iste David ejus rei specimen præbens: Deus qui precepisti me virtute, inquit, qui docet manus meas ad prælium. Et posuisti ut arcum aerum brachia mea. Videte regem David pectore leonino ferreum, adamantium virum. Nihilominus adiungit: Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum. Quotsum, obsecro, vires tam inaudite, videntur frustra concessæ. Et quosquonc ferrata brachia? Si pedum celeritas paretur ad fugam. Ridiculum proflus est dicere. Robustissimus, ferreus, animosissimus sum, armisque munitionissimus, fateri ramen: sed cervorum timidos & fugaces habeo pedes. Hæc vera est fortitudo, Christiani, hæc vires regis. Nam quedam vitorum aggressu magnanimo & spaciose sunt vincenda. Hic manus ad prælium doctæ, his area brachia sunt opportunitissima. Sed & alia sunt virtus viscosa, piceata, voluptatem, libidines, gulam ingerentia; hic cervini pedes conferunt quam maxime. Fuge igitur, dilecte mi, fuge, fuge non vivum duntaxat, sed & mortuus, sic loquar, diabolum. Id certè similes subinde, ut putari possit mortuus. Exemplis dicta firmamus.

Post Tres
biannos, drapu-
num, &
maxime post
Cannensem
cladem.
Seneca
ep. 51. initio,
mibi p. 468.

Hebreæ hic
myteria non
excusimus.
Inter alios
videri potest
Iacobus Ti-
rinus in hac
locum.
Pf. 17. v. 33.

§. III.

Est, qui diversi loci genium ita calleat, ut possit dire
cere: Hic plerunque alii detrahitur, & maledici-
tur, hic litigatur, hic luditur, hic poratur, hic amores &
colloqui pessima seruntur, hic chori agitantur, hic la-
sci vi mores exercentur, hic milii boni fit. Fuge hinc ig-
noscere mihi, fuge has charybdes & scyllas, fuge loca-
naufragii tam infamia, fuge societates & amicitias tam
periculosas, tam noxias. *Cattissimus Josephus Egypti* **D**Prorex cor habuit leoninum, sed cervinos pedes, libi-
dinis illecebras fugit. Ambrosius hoc fuga genus mo-
dis omnibus conludens: Persequuntur nos, inquit, pecca-
torum illecebra, persequitur libido. Sed tu fuge, tanquam fu-
riosam dominam, qua si comprehendherit, nec die, nec nocte re-
quiescere sinit, exagitat, incendit, urit. Iacob fortior in Labano
tentatore, quam in Iesu persecutore fugiendo fuit. Fugit Elias
secularem illecebram, & conversionis maculosa contagionem,
& impia ac prevaricatrix nationis sacrilegia. Fugiamus. *Iam idem* **sicut** Lorh, Sodomitanus crimina amplius quam supplicia for-
midans. Nam monitus ab Angelis de futuro incendio cunctab-
tur. Magis enim pius certa feliciter fugi contagia, quia Sodomita-
nus domum clausit, nec cohabitans, nec cogitans eos, quorum
flagitia nesciebat; & opprobria aversabatur, non fugiens resfe-
xit eos, quorum conversations non desiderabat. Gloriosa hac
fuga est, fugere à facie peccati.

Hieronymus de suspecto contubernali vitando disse- Hieronym.
rens: Quid tibi, ad, necesse habes quotidie aut perire, aut vin- epist. 47.
cere?

cere? Quis unquam juxta viperam securos somnos capit? secu-
rius est perire non posse, quam juxta periculum non perisse.
Origenes Apostoli monitum illud, Fugite fornicationem, exponens:
Ista fuga, inquit, virtutis est, ista fuga beatitudinem non confert. Ideoque cum psalte regio precum: Deus re-
cepit. 6. cap. 6. Ps. 45. v. 2. fugiam nostrum & virtus. Virtus est: Itapibus & pugnan-
tibus, refugium fugientibus. Hac Hieronymus, quem
dixi, commonitione saluberrimam confirmans: Si quis ex-
fumat, inquit, posse se versari in deliciis, & deliciarum vitiiis
non tenet, se ipsum decipit. Rex Solymorum David val-
le securissimum non ignorans: Factus es, ait, spes mea, turris
fortitudinis à facie inimici. Augustinus ad Dominum Je-
sus Christum patrem ac mortalem velut in securissimam
turrim festinans: Hic q̄ turris fortitudinis, ait, quid cum fu-
gero, non solum vitabo tela inimici, sed erigam in illum, quo
vulnus sceleris ipse jaculabor. Ipse enim Christus est turris: ipse
nobis factus est turris à facie inimici, qui est & getra, super
quam adiuncta est Ecclesia. Cave, ne feriaris à diabolo: fuge ad
turrim. Numquam te ad illam turrim diabolica facula secutu-
rus: ibi stabit munitus & fixus. Quomodo autem fugies ad tur-
rim? Nō forte quisque in tentatione positus corporaliter querat
turrim istam: & cum eam non invenerit, fatigetur ac deficiat
in tentatione. Ante te est turris: recordare Christum, & intra in
turrim. Quomodo recordaris Christum, ut inres in turrim
Quidquid patris, cogita, quia prior passus est, & cogita, quo
fine passus est, ut moreretur, & resurgeret. Talem & tu finem
spera, qualis in illo praecedit, & intrasti in turrim non conser-
tiendo inimico. Si enim confenseris inimico, tunc ad te pervenit
oppugnantes faculum inimici. Tu potius in illum jaculare tela,
quibus feriatur, quibus vincatur. Quae sunt ista telas Verba Dei,
fides tua, spes ipsa, tua bona opera. Non dico, sic esto in ista turri,
ut raves ibi, & sufficiat tibi, ad te hofis telas quod non perve-
niant: age tibi aliiquid, non cessent manus. Opera bona tua gladii
sunt interstinctives inimicum. Quifquis igitur tentationes
cupit vincere, tentationum illecebras disce fugere.
Apertum est asylum, in turrim quam monstravi evola.
Hic vices fugiendo.

C A P V T V I I I .

Octavus & Nonus resistendi modus;

CORPVS CASTIGARE, CARNEM
JEJVNIIS EDOMARE.

Hymnam vitam esse temptationem & militiam initio libri ē Jobo diximus. Hic omnium sapientum senilis est. Epictetus, sapiens reverā monitor: *Militia est, inquit; iusquæ vita, edque longa & varia.*
Ergo cui vivendum, ei & militandum est. Quæ militi non ignavō p̄cipue sint agenda superioribus dissertationibus explicatum. Praeceptiones iste sunt. 1. Vigila. 2. Principiis obsta. 3. Ora. 4. Resistē ac Repugna. 5. Fiduciam omnein in Deo colloca. 6. Tentationum origines explora. 7. Tentationum illecebras vita. Hic addimus octavam & nonam præceptionem: numerum Corvus castigat: carnis leuius edoma.

Corpus non molliter habendum, pro mancipio
tractandum, levius subinde castigandum, je-
niis frenandum, docuimus libro singulari, quem de je-
nunio dedimus. Hic ergo dictorum memoriam solum
refutatus.

Misenis Ecclesiastes Meffret de triplici tentatione pro suggestu differens: *Mali hospites in sinu sunt, inquit, mus, vipsa, & ignis; nam malam pro hospitio relinquunt symbolum.* Mus avaritiae, vipsa luxurie, ignis superbiae ac vindicta renitentiam adumbrat. Execute hos hospites malos; quisquis es, sed scias non excutiendos tam facile: vi opus. Variis rigoribus exerceendum corpus, nec in-

A dulgenter unquam habendum; alioqui certò insolecit & abrumpit frenos. Beatissimus Paulus, Gentium App-
stolus, Orbis Magister & Doctor, è celo vocatus, in
tertium celum evecus, divino spiritu plenus, omni virtute
ornatus, exemplar & idea sanctimonie, nihil
minus fatur ipse de leipo: *Et ne, inquit, magnitudinem extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee, ar- gelus satana, qui me colaphizet.* Perinde sic dicit: *Hic vexator meus, non perfunditor, nec plana manu me cedit, ut mater sole infantulum, sed pugnis in me gravat, & atrociter me verberat.* Quid hic opis, optimè Pauli,
quid remedii? Sciendum ante omnia, quod & assidue
cogitandum, hanc vitam esse tentationem, militiam,
velitationem, lucram, pugnam, confictum, prælium:
Ego igitur sic curro non quasi in certum; sic pugno non quasi in certum; acrem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitatem redigo. Si vir iste sanctissimus sui defendendi causâ his
armis usus, cur nos ea rejiciamus, qui illis egemus quam
maxime? Tentationibus resistere est pugnare cum animo suo, & palestris vacare, quod sanè nec amorem
est, nec suave: nam ictus, plaga, collitus, verbera, impulsi, vulnera sunt excipienda: sine his Palestra non
fervet. Nec est, quod palestrita miretur, aut indigneatur,
si ex arena gladiatoriâ cruentum capit refutat pro lau-
rea. Hec certè sacra alteri non constant. Hodie illi, etas
alteri; & forsan brevi acceptam plagam cum fenore re-
pendet. Cum diabolo configere, tentationes vincere,
cordatum hominem desiderat, qui neutiquam parcat
corpori. Hanc ob causam Paulus: *Induite vos, inquit, ar- maturam Dei, ut possitis stare adversus infidiles diaboli.* Hic ad-
versarius est callidissimus, tamque potens, quam vigi-
lans; oculorum plenus, immo merus oculus. Propterea
accipite armaturam Dei, ut possitis resistere. *State ergo*
suscipiunt lumbos. Quid & Christus praecipit. *Sint lumbi vestri præ-*
vestri præcincti. Equitatio ea est miserrima, si cuicunque
solum fluens sit & laxum, si ephippium male hærens &
solutum; ita humanum corpus indolis belluinae acbrutum,
nisi arctius stringatur, in libidines & peccatas ap-
petencias effervescent. Res certa. Stringe igitur laticeum
pecus, castiga, & in servitutem redige. Da corpori,
quod sufficit, non quod perit. Turpissima servitus, suo
servire corpori. Ergo jejuniis carnem edoma. Inter omnes
castigations carnis nec antiquior, nec melior, nec
probator, quam Cilicum & Jejunium. Ab Orbis in-
cunabulis hac approbavit ulus. Josephum lugens Jacob
indutus est cilicio. Cum regi David molefit clientes hostes,
inducbatur cilicio, humiliabat in jejuno animam suam: po-
niebat vestimentum suum cilicum. Populante Samaram
fame Rex Iudaës Achab cilicio vestitus per murum
transfuit, cumque audisset à tributis in cibum occidi filios & lixari, scidit vestimenta sua. *Viditq; omnis populus ci-*
licium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Juditha in se-
cretó cubiculo suo cum puellis suis claua morabatur:
& habens super lumbos suos cilicum vestitus per murum
vita sua. Mardonius audiens Judæos orines jam ma-
cello destinatos scidit vestimenta sua, & indutus est siccus.
spargens cinerem capiti. Dux Mathatias & filii eius oper-
runt se cilicio, & planixerant valde. Frequenter toti populo
imperatum cilicium uterentur super hoc accingite vos cilicium,
plangite & ululate, quia non est aversa in furoris Domini
vobis. Super omnem dorsum cilicum. Cilicum usitatum pre-
nitentia signum, tranquillum corporis supplicium. Ci-
licia Reges, Reginæ, Imperatores veste Attalæ sapientis
tegebant.

Verum in edemandā carne nihil opportunius, praestantius nihil Jejunio. Jejunium sanè optimūm, probatissimum, utilissimum, saluberrimum, summe necessarium, laudissimum, Deo acceptissimum sacrificium, expedientissimum homini remedium; Christi omniaūque ejus seclatorum exemplis conformissimum.

S. H. L. Ajo